



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

193. Parabola trigesima tertia, De talentis in servos distributis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

sponsus : & quæ paratæ erant , intraverunt , cum eo ad nuptias , & clausa est janua. *Matthæi 25. & 8. 9. 10.*

IV. Novissimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes : Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait : Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. *Matth. 25. & 11. 12. 13.* Adde, quæ Christus dixit *Luc. 13. & 25. 26. 27. 28. 29. 30.*

MEDITATIO CXCIII.

Parabola XXXIII. De talentis in servos distributis.

I. **H**omo peregre proficiscens, vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò unum, unicuique secundum propriam virtutem : & profectus est statim. *Matth. 25. & 14. & 15.*

II. Abijt autem, qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. *Matth. 25. & 16. 17. 18.*

III. Post multum verò temporis venit domi-

D. N. IESV CHRISTI. 175

dominus servorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens, qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus ejus: Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. *Matth. 25. v. 19. 20. 21.*

I V. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus ejus: Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. *Matth. 25. v. 22. 23.*

MEDITATIO CXCIV.

A servo malo talentum aufertur.

I. **A**ccedens autem & qui unum talentum acceperat, ait: Domine, scio, quia homo durus es; metis, ubi non seminasti; & congregas, ubi non sparsisti: & timens abij, & abscondi talentum tuum in terra: ecce habes, quod tuum est. *Matth. 25. vers. 24. 25.*

II. Respondens autem dominus ejus, dixit ei: Serve male, & piger, sciebas, quia meto,